

1623. iij. 21.bris.

Ex mss. arch. tom: Joan. Tarnowski
Cast. Konar. Fol. 335

Ad Imperatorem Ferdinandum


Serenissime et Excellentissime Princeps.

65
Præter opinionem nostram audivit,
quod his diebus ad Nos Magnus viola-
us Wolski Supremus Regni nostri Mareschal-
us prescripsit, Majestatem nostram persua-
sione Magnifici Comitis ab Altam ductans
Alexandro Lanikowski educendi ea Regno
nostro militis negotium nobis inconsul-
tis et insuis dedisse; equidem nunquam
ea res nobis persuaderi potuisset nisi ipsas
litteras Authenticas ad Lanicovium et ejus
Asselas scriptas Diplomataque Cesa-
rea, quibus cum mta's Vra supremum
Capitaneum creat et tempus numerumq'
Militum educendorum et Stipendiorum ra-
tionem prescribit, oculis nostris Ipsi
vidissemus. Miramur sane apud Maje-
statem Vestram suasu quorundam infatu-
torum hujus Regni minus peccatorum
homines impios infamesq' eo potuisse coadere.


Miramur

Miramur Magnificum Comitem ab Alta:
in animum inducisse, ut in hominum
perditorum vel nobilitate, qua et legibus
patrijs et suis factis exuti sunt, vel vir:
tute, qua non nisi in rapinis et latro:
cinijs pollent, novi cujdam ordinis infi:
tutum fundaret. Miramur Denique
homines proscriptos in regnum inmit:
ti nostrum, qui exercitus conscribant
regnumque gravioribus periculis invol:
vant. Intelleximus enim ex eis liter:
is Comitis ab Altain preteatu no:
vi Ordinis, homines istos in Transil:
vaniam, vicinasque Hungaria oras
infesta signa inferant sollicitari. Quae
res minus necessario bello nos regnum
que nostrum facili involvere posset
Itaque ea De re ad Majestatem ve:
stram referendum Duximus, amantemque
pro jure ac vinculo necessitudinis ab ipsa po:
stulantes velit Magnifico Comiti ab Al:
tain injungere, uti ab his Consilijs, quae fi:
cut Majestati Vestrae nulli commodo
aut Deori, itaque Nobis regnoque No:
stro summo Detrimento fuerint, Deicitat

operamque



operamque Det, ut quod praecipiti Consilio
 cum Lanikorio, et ceteris ejus aspectis
 constituit id Novis Majestatis Vestrae
 suisque literis, quamprimum revocet.
 Nunquam Nobis studia ac rationes te:
 stificandi Officia Nostra tot necessitu:
 dinum pactorumque vinculis obstricta
 erga Majestatem Vestram defuerunt.
 Nihil Nobis unquam prius, nihil anti:
 quius esse potuit felicitate gloria victo:
 riy Majestatis Vestrae incliteque Do:
 mus ipsius. Probi noles consuij sumus,
 quid a Nobis necessitudin, ac vicinitati,
 tum pactis ac federibus Debeatun - -
 - - - - - pro:
 - - - - - cerum - - - - - inu:
 tantium audiuntur immature haec colluvies
 a stipendijs et Militia Majestatis
 Vestrae excludatur. Quod Majestatem
 Vestram pro sua prudentia constantiq;
 ac perpetuo erga Nos studio ac benervo:
 lentiam facturam confidimus, cui omni
 felicitatis ac fidei incrementum a Deo
 Deprecamus



Deprecamur, Studiague ac officia no:
stra amanter Deferimus. Datum War:
sawie Vigesima prima mensis Octobris.
Anno Domini 1623. Regnorum Mostorum
Polonia 36. Suecia vero 30.